

CLIII. ¹⁵³

Heinrich der Ältere und Heinrich und Heinrich die Jüngerer, Bögte von Plauen, eignen den Brüdern des deutschen Hauses zu Plauen einige Lehensgüter: das Haus und den Garten Friedrichs des Schuhmachers und die 2 Fischeiche bei der Elster, welche die Brüder für 4 Mark Silber erkaufte haben, unter der Bedingung zu, daß dem Zinsherrn Johann Schinei der Rückkauf für dasselbe Geld 4 Jahre lang zustehen solle. Plauen, den 7. März 1303.

Heinricus senior et Heinricus et Heinricus Juniores advocati de plawe ad noticiam vniuersorum cupimus deuenire quod fratres de plawe domus Theuthonice domum et ortum Friderici calcificis cum omnibus suis pertinentiis contra Johannem schineum soluentes annis singulis vnum fertonem argenti duas piscinas apud Alestram ex altera parte domus friderici calcificis sitas, pro quatuor marcis argenti emerunt. quam domum et ortum cum suis pertinentiis vna cum piscinis pretactis. a nobis in feudo habitis, per Johannem schineum resignatis fratribus domus plawensis memoratis damus et appropriamus iure perpetuo possidenda sincerissime propter deum ac in subleuamen peccaminum nostrorum predecessorum adiicientes vt condictum sit quod si Johannes Schineus domum ortum friderici cum suis pertinentiis necnon et piscinas supradictas reemere decreuerit seu voluerit. A festo apostolorum philippi et Jacobi nunc instante per quatuor Annos ipsos fratres si petierit pro eadem pecunia pretacta bona reemere fas sit eidem, Resarcitis tamen prius a Johanne Schineo. Laboribus et expensis si quas super domo piscinis ipsi fratres e medio fecerint totaliter et indecise datum plawe Anno domini M. CCC. III. Nonas Marcij. Testes huius facti sunt. vbricus Saccus. Eberhardus Tosso. heinricus de Ekebint Luopoldus Bohemus milites. Cunradus Thuselo et Lutoldus frater eius et alij quam plures fide digni.

Zwei Wachsiegel wie bei Urk. CXXVII.
(Urk. Nr. 1725 im H.-St.-A. Dresden.)

CLIV. ¹⁵⁴

Albert, Landgraf von Thüringen und Pfalzgraf von Sachsen, spricht alle Güter, welche die Priorin und der Konvent der Nonnen zu Cronschwitz durch Schenkung oder Kauf von seinen Bögten in Plauen, Weida und Gera für ihr Kloster erworben haben, diesem als Eigentum zu ohne jeglichen Vorbehalt. Wartburg, den 14. Mai 1303.

A*